BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 178
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

mirabile consummatum fuisse significat. Unde dicit, si uerenim mente excedimus deo siue sobrii sumus uobis,

Quae stetit et ait, domine non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare dic ergo illi ut me adiuuet.

Ex illorum personaloquitur quia ad huc diuinae contemplationis ignari solum quod didicere fieri ne dilectionis opus deo placitum dicunt. Ideoque cunctos qui xpo deuoti esse uelint huic mancipandos autumant, Et benemartha stetisse mariae secus pedes domini sedisse describitur. quia uita actiua laboriose desudat incertamine. Contemplatiua uero peccatis utiorum tumultibus optata iam in xpo mentis quiete perfruitur.

Et respondens dixit illi dominus martha martha sollicita es et turbaris circa plurima porro unum est necessarium.

Et beatus dauid solum necessarium homini esse definiens deo iugiter inhere et desiderat dicens, mihi autem adherere deo bonum est ponere in domino deo spem meam. Et alibi unum petiui a domino hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitae meae ut uideam uoluntatem domini et uisitem templum sanctum eius. Una est ergo et sola est theoria id est contemplatio dei cui merito omnia iustificationum merita uniuersa uirtutum studia post ponuntur.

Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea.

Recepar martha non reprehenditur sed mariae laudatur. Neque enim bonam partem elegisse maria dicitur sed optimam. ut etiam pars martha indicaretur bona; quare autem pars mariae sit optima subinfertur cum dicitur. quae non auferetur ab ea. Actiua enim uita cum corpore deficit, qui enim in aeterna patria panem esurienti porrigat ubi nemo esurit; qui potum tribuat sitienti ubi nemo sitit. qui mortuum sepeliat ubi nemo mortitur. Cum presenti ergo saeculo uita auferetur actiua. Contemplatiua autem hic inciptur ut in caelesti patria perficiatur. quia amoris ignis qui ardore inchoatur cum ipsum quem amat uiderit in amore amplius ignescit. Contemplatiua ergo uita minime auferetur. quia sub uerita presentis saeculi luce perficitur. XLV

t. exxiii
y
ff. xlm

Et factum est cum esset in loco quodam orans et ut cessauit dixit unus ex discipulis eius ad eum, domine doce nos orare sicut et iohannes docuit discipulos suos.

Post historiam sororum quae duas ecclesiae uitas significauerunt non frustra ne dns et ipse orare se et discipulos orare docuisse describitur. quia et oratio quamdo docuit utriusque insertae continet mysterium et ipsarum perfectio uitarum nris non uirtutibus esse optanenda sed precibus. et quia crebro lucas saluatorem discipsenit orantem. quid orando egerit. quid uti que non pse sed pnobis supplicabat insinuat. cum finita oratione discipulos refert qualiter orare debeant scisitare.

Et ait illis cum oratis dicite. pater sanctificetur nomen tuum